


PRAELECTIONES
PUBLICAS ET PRIVATAS
HIBERNIS MENSBVS SVSCIPIENDAS
RECTOR
ACADEMIAE GISSENAE
IO. HERM. BENNER
SS. THEOL. D. ET P. O.
TOTVSQVE
SENATVS ACADEMICVS
INDICIT
ET AD EAS DILIGENTER AVDIENDAS
CIVES ACADEMIAE
GENEROS. ET NOBILISS.
PERAMANTER INVITAT
D. IX. SEPT. CCCC LIV.
SVB SIGILLO ACADEMIAE MAIORI

GISSAE,
EX OFFICINA BRAVNIANA.



In Facultate Theologica.

D. REINH. HENR. ROLLIUS.

Fac. Theol. Senior.

Cum magni FECHTII *Instructione pastorali*, publicis lecti-
nibus hactenus tradita, *historiam Ecclesiæ novissimam*, a
pace Westfalica ad nostra usque tempora, conjungere consti-
tuerat. Sed cum *historia dogmatum* plerisque auditoribus
magis arrideret, hanc superiore semestri, cum laudata In-
structione, alternis vicibus propinare cœpit. In utraque
ergo hoc ipso, quod nunc ingredimur, semestri hora IX.
perget, & quoad priorem quidem reliquas, quæ supersunt,
materias gravissimas, de officio catechetico, administratione
sacramentorum, audiendis confessionibus, aliisque, enoda-
bit, variisque observationibus ex *historia Ecclesiæ recentiori*
illustrabit: in posteriori vero nihil prætermittet, quod ad lu-
cem sanctiori doctrinæ affundendam facere posse videbitur.
Privatum hora II. ipsam *Theologiam dogmaticam*, duce BAIE-
RO, de novo auspicabitur, dictaque, ut firmius animo in-
hæreant, examinando repetet. Porro separatis quibusdam
horis *exercitium disputatorium*; in Syllogen controversiarum
Fechtianam, una cum annotationibus, aliquoties privatim
traditis, denuo imprimendam, continuabit, nihil magis, ad
confirmandam doctrinam puriorem, conducere persuasus.



D. IO. HERMAN. BENNER,

b. a. Decanus.

Publicis laboribus denuo disputandi exercitium, siue in aede academica, siue intra priuatos parietes, destinauit. **T**heses faciliores feliger, ne quis difficultatem cauissetur. **P**riuatim, quae restant in *theologia moralis*, absoluet; *dogmaticam* nuper finitam, intra anni spatum, pro more, rursum exponet.

IOH. GODEFR. ZENTGRAV,

SS. Theol. Prof. publ. extraord.

Lectiones in Historiam Ecclesiasticam Noui Testamenti, duce SCHVRZFLEISCHIO, vt & Exegeticas, in Epistolam D. Petri priorem, denuo instituet.

In Facultate Iuridica.

D. FRANCISCVS IVSTVS KORTHOLT.

Publice *ius publicum* duce SCHMAVSSIO explicare perget, eoque finito in *iure feudali* compendium MASCOVIANVM legendum resumet. Priuatim BOEHMERI *introductionem in ius digestorum* ad finem perducet.

D.

❧ ❧ ❧

D. GOTTLÖB AVGVSTVS IENICHEN.

Non solum COLLEGIVM INSTITUTIONALE nuper coeptum continuabit, uerum etiam nouas in IO. GOTTLIEB HEINECII *Elementa Institutionum* hoc anno abs se emendatissime edita recitationes auspicabitur, & ante ferias Paschales ad finem perducet. Praeterea IVSCANONICVM AD FORA PROTESTANTIVM APPLICATVM vna cum PROCESSV CONSISTORIALI ad ductum *Institutionum iurisprudentiae ecclesiasticae* a Conf. ACHATIO LVDOVICO SCHMIDIO Jenae hoc anno euulgatarum tradet, & in illi. uiri IO. IAC. MASCOVII *Ius feudale* commentabitur.

D. IO. ERNEST. HOEPFNER.

Quae in Collegiis Institutionali & Pandectarum, graui oculorum morbo impeditus, absoluere non potuit, strenue ad Colophonem perducere allaborabit. Collegium quoque Relatorio- Practicum sedulo continuabit & publice BOEHMERI *Institutiones Iuris Canonici* explicabit.

D. CHRISTOPH. LUDOVIC. KOCHE.

Praelectiones in B. HEINECII *Elementa iuris privati* secundum ordinem *Institutionum Imp.*; vel B. BOEHMERI *introductionem in ius digestorum pro arbitrio Dnn. Commilitum instituet.*



In Facultate Medica.

D. GERARDVS ANDREAS
MÜLLER.

Instante semestri bono cum Deo Physiogiam specialeti,
corporis scilicet humani, explicabit, causas morborum,
simulque etiam vires sanitatis conseruatrices breuibus expo-
net, tentamina pharmaceutico - chemica, potissima saltem,
instituet, neque etiam in aliis rebus votis carissimorum de-
erit comilitonum.

D. IOH. CAROL. VOIGT,

Anatomiae, chirurgiae & botanices P.P.O.

Publice chirurgiae praecepta praeceunte celeberr. PLÄT-
NERO tradet. Priuatim osteologiam nuper coptam
absolutet, qua finita Splanchnologiam reliquasque anatomiae
partes docebit. Physiogiam insuper explanabit, dataque
occasione publicas anatomicas dissectiones & demonstra-
tiones instituet, nec in aliis medicinae partibus operam suam
denegabit.



In Facultate Philosophica.

IO. LUDOVICVS ALEFELD,

Philos. naturalis Prof. ord. & stipend. Ephorus.

Alteram Philosophiae naturalis partem horis publicis eadem, qua priorem pertractauit, methodo tradet, *disputationes priuatas* singulis Saturni diebus continuabit, &, si quid praeterea a se requiri intellexerit, officio suo nunquam non pro viribus satisfacere studebit.

ERNESTVS THOM,

Prof. mor. atque iur. nat.

Ius naturae B. de Wolff tradere, eiusdemque ius gentium separatim exponere, atque ethicam explanare instituet.

ANDREAS BOEHM,

Log. Metaph. & Math. P. O.

Logicam hora IV. vespertina, *metaphysicam* hora V, *trigonometriam* & quasdam *matheos* applicatae partes hora auditoribus commoda interpretabitur. Lectiones priuatissimas partim inchoatas nuper, partim inchoandas propediem curae sibi habebit, nec, si praeterea commilitonibus prodesse aliis modis se posse intellexerit, desiderio ipsorum deesse sibi licere censembit.

D.



D. CHRISTOPH. LVDOVIC. KOCHE.

Historiam Imperii Regnique Germanici aeui recentioris tradet.
Praeterea introductionem in *historiam singularem tabularum pacis Regnorū Europæ* cultoribus offert.

PHIL. NIC. WOLF,

Prof. LL. OO. ord.

Publice Iesaiam rogatus interpretabitur; priuatim linguas
Ebraeam & Graecam docebit, nec illis, qui Chaldaicam
ac Syriacam, doctrinamque accentuatoriam amabunt, suam
denegabit operam.

IOH. GODEFR. ZENTGRAV,

Eloquent. & Poëseos Prof. publ. ord.

Publice HEINECCII Fundamenta stili cultioris, priuatim
Ouidii Libros Metamorphoseon explicabit.

Praeterea generosis ac nobilissimis academiae ciuibus praefto
sunt magistri peritissimi, publice constituti, qui *artem*
equitandi, gladio pugnandi & saltandi, itemque
linguam Gallicam, atque Italicam
tradunt.